

Y, 18.

4, 567.

VIRO MAGNIFICO

AC

SVMME VENERABILI

CAROLO CHRISTIANO
TITTMANNO

DOCTORI THEOLOGO LONGE CELEBERRIMO
PRAECEPTORI OLIM IN INCLVTA LEV COREA
PIE SEMPER DEVENERANDO

EPHORO IAM GRAVISSIMO

PATRONO SPECTATISSIMO

MVNIA PER PATRIAM PER VRBEM RITE CAPESENTI

SANCTISSIMA AMPLISSIMA, SPLENDIDISSIMA

PIETATEM OBSERVANTIAM LAETITIAM CONTESTATVR SVMMAM

CHRISTIANUS THEOPHILUS ARNOLDUS,

LIB. ART. MAG. ET VERBI DIV. IN PAGO LOMNITZ MINISTER.

DRESDAE,

TYPIS CAROLI CHRISTIANI MEINHOLDI.

M D CC LXXXVIII.





CAROLO CHRISTIANO
TITTMANN

Ascendis ergo, LEYCORIDOS DECVS!

Praeclsa honorum limina patriae;

Ascendis, ac late refulget

Cincta recens capiti Tiara.

Phoebus resurgens vt radios polo

Spargit coruscos, lumina sic vibrat

Virtutis en! *TITTMANNIANAE*

Splendor, et ingeminatur vsque.

Feruescit imo corde reconditus

Cultus Jehovae; copia perfrequens

Exinde Recti; queis per acuum

Mille modis auide fruamur!

Eheu! repenti flebilis omnibus

REHKOPFIVS casu ruit, ac sium

Liquit gregem, liquit suorum

Tecta, volans superas ad arces.

At Tu, repellis (plaudite!) quaelibet
TITTMANNE, coelo turbida nubila,
Tu, Sol NOVUS NOSTER serenas
Cuncta, replesque nouo vigore.

Imiam citatis hinc pedibus procul
Migrate, fallaces animi! pia
Nec verba, nec vultus, sed acta
Sufficiunt, animumque produunt.

Nobis ADEPTO nam similis manet
Receptus Hic in concilium sacrum
Summumque, quod nos lustrat omnes,
Cuique dabit scelus omne poenas.

Telemne dudum nouimus, OPTIME
TE FAUTOR, illo in Pieridam loco
Ripas ad Albis, quum doceres
Tu quoque nos iter omne Honesti?

Vidi sedentem (credite!) PRAESVLEM
SYMME VERENDVM, qui lituo, nepos
Atlantis alter, tangeret nos,
Eximeretque sopore pigro.

Mox euge! tactos ardor habet nouus,
Diuina quaeuis scripta manu dies
Noctesque versant, nec nouorum
Nec veterum monumenta spernunt.

Vidi futuris sollicitum patrem
Doctoribus TE; ne careant PATRE
Porro SECUNDO, illisque semper
Spesque salusque reducta crescat!

Sic Iste vitae dans operam probae
Clareque factis conspicuae, quibus
Ceu gemmulis distincta et auro
Emicat Infula longa vbique:

Et nos decebit, Te DVCE, persequi
Virtutis altae difficiles vias;
Exempla dum praeclara nostris
Mentibus haec TVA sint reposita.

Quanta princeps, qua patet, vrbs, TIBI
Ac nostra mecum patria, iubila
Tollunt ouantes! quanta vastum
Jam feriunt pia vota olympum!

Collegii TE profequitur Caput
Votis; virescens TE sibi iungere
Ardet Senex; Confessus omnis
TE focium merito salutat.

Dant signa verae laetitiae TIBI
Vrbis Patres; TE plausibus excipit
Omnis bonus Cuius; meum TE
Praesidium columenque canto.

Floresce semper! vive diutius
REHKOPFIVS quam CARVS! AM-ENDIUM
Aetate vincas, ac perenni
Robore stent maneatque vires!

Pon 24 1067
20




f

TA-70L

an 2 u. an 13 noch nicht aufgenommen

2
101



VIRO MAGNIFICO

AC

SVMME VENERABILI

CAROLO CHRISTIANO
TITTMANNO

DOCTORI THEOLOGO LONGE CELEBERRIMO

PRAECEPTORI OLIM IN INCLVTA LEVCOREA
PIE SEMPER DEVENERANDO

EPHORO IAM GRAVISSIMO

PATRONO SPECTATISSIMO

MVNIA PER PATRIAM PER VRBEM RITE CAPESENTI
SANCTISSIMA AMPLISSIMA, SPLENDIDISSIMA

PIETATEM OBSERVANTIAM LAETITIAM CONTESTATVR SVMMMAM

CHRISTIANUS THEOPHILUS ARNOLDUS,

LIB. ART. MAG. ET VERBI DIV. IN PAGO LOMNITZ MINISTER.

DRESDAE,

TYPIS CAROLI CHRISTIANI MEINHOLDI.

M D C C LXXXVIII.

